



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve**

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post  
Præfationem Indicantvr

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1619**

Disputatio XXIV. De effectu Confirmationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

ordinare ad aliud, vel excludere alia. Vnde fit, vt homo Confirmatus prater auxilium debitum, ratione sacramenti possit alia noua, impetrare per sua merita, & orationes sine ordine ad hoc sacramentum: ergo similiter qui non est Confirmatus, potest impetrare aliqua auxilia omnino diuersa à gratia sacramentali Confirmationis sine ordine ad ipsum sacramentum Confirmationis, quamuis non sine aliquo voto illius. Quocirca comparatio ad Baptismum, quâ D. Th. facit, non debet secundum æqualitatem intelligi, sed secundum quandam similitudinem & proportionem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum per sacramentum Confirmationis conferatur gratia gratum faciens.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod hoc sacramentum gratia gratum faciens non conferatur. Gratia enim gratum faciens ordinatur contra culpam. Sed hoc sacramentum (sicut dictum est) non exhibetur, nisi baptizatis, qui sunt à culpa mundati. Ergo per hoc sacramentum gratia gratum faciens non conferatur.

2. Præterea, Peccatores maxime indigent gratia gratum faciente, per quam solum iustificari possunt. Si ergo per hoc sacramentum gratia gratum faciens conferatur, videtur, quod deberet dari hominibus in peccato existentibus: quod tamen non est verum.

3. Præterea, Gratia gratum faciens, specie non differt, cum ad vnum effectum ordinatur. Sed duæ formæ eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto. Cum ergo gratia gratum faciens conferatur homini per Baptismum, videtur: quod per sacramentum Confirmationis, quod non exhibetur, nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

Sed contra est, quod Melchisedes Papa dicit: Spiritus sanctus in fonte Baptismi, plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam.

Respondendo dicendum, quod in hoc sacramento (sicut dictum est) datur baptizato Spiritus sanctus ad robur, sicut Apostolus in datis est in die Pentecostes (vt legitur Act. 2.) & sicut datur baptizatis per impositionem manus Apostolorum vt dicitur Actuum 8. Offensum est autem in prima parte, quod missio seu datio Spiritus sancti non est, nisi cum gratia gratum faciente. Vnde manifestum est, quod gratia gratum faciens conferatur in hoc sacramento.

Ad primum ergo dicendum, quod gratia gratum facientis primus effectus est remissio culpæ. Habet tamen & alios effectus, quia sufficit ad hoc, quod promoueat hominem per omnes gradus vsque in vitam eternam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita eterna. Vnde & Paulo dictum est 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse de se dicitur, Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum. Et ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum & firmitatem iustitiæ. Et sic conferatur in hoc sacramento.

Ad secundum dicendum, quod sicut ex ipso nomine apparet, hoc sacramentum datur, ad confirmandum, quod prius inuenit: & ideo non debet dari bis, qui non habent gratiam. Et propter hoc, sicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per penitentiam reparatis. Vnde dicitur in Aurelianensi Concilio, Vt reuini ad Confirmationem veniant, vt moneantur confessionem facere prius, vt mundi donum Spiritus sancti valeant accipere. Et tunc per sacramentum per se iustitiam effectus, sicut & Baptismi: quia per gratiam collatam in hoc sacramento, consequitur penitentem plenior remissionem peccati. Et si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel scitum non per se contritus accedat, dummodo non factus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento consequetur remissionem peccatorum.

Ad tertium dicendum, quod (sicut dictum est) gratia Franc. Suarez. Tom. 3.

sacramentalis addit super gratiam gratum faciente in communiter sumptam, aliquid effectuum specialis effectus, ad quod ordinatur sacramentum. Si ergo consideretur gratia in hoc sacramento collata, quantum ad id, quod est commune: sic per hoc sacramentum non conferatur aliqua alia gratia, quam per Baptismum, sed quæ prius inerat, augetur. Si autem consideretur, quantum ad illud speciale, quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa.

Litera D. Tho. satis perspicua est, & doctrina eius fere est exposita in his, quæ de effectibus sacramentorum in genere supra disputata sunt, & pauca addemus disputatione sequente.

DISPUTATIO XXXIV.

& 3 de hoc sacramento.

De effectu sacramenti confirmationis.



Xplicita essentia huius sacramenti, dicendum sequitur de effectibus eius: sicut enim eius vtilitas, significatio, & finalis causa magis constabunt, erit autem breuissima hæc disputatio, quia nihil fere difficultatis habet, sed solum oportet generalem doctrinam supra datam, tam de effectu gratiæ sacramentalis, quam de effectu characteris, ad hoc sacramentum accommodare.

SECTIO I.

Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem, ideoque iterari non possit.

De hoc characterem eadem sunt opiniones, vel errores, qui supra de characterem in communi relati sunt. Quibus non obstantibus dicendum est, per hoc sacramentum infundi characterem in anima. Est de fide definita in Conc. Flor. & habetur ex traditione, vt in dicto loco latius ostendimus, ex quo petende sunt rationes, vel congruentiæ, quas hoc loco repetere necesse non est, de quibus legimus etiam petentem D. Th. hic, & in 4. dist. 7. vbi alij Doctores & Turrecremata in cap. Dictum est, de Consecrat. d. 5.

Solum potest hoc loco inquiri, an hic character sit distinctus à characterem baptismali, in quo dubitari non potest, quin ex natura rei aliquo modo distinguatur, quia si non distinguerentur, non posset intelligi noua efficientia Confirmationis circa characterem præter efficientiam Baptismi: solum ergo dubitari potest, an character Confirmationis sit noua qualitas, omnino in re distincta à characterem baptismali, vel solum sit quidam modus, vel perfectio eius: sicut gratia Confirmationis ad baptismalem gratiam comparatur. Videtur enim hoc posterius sufficere, quia hoc satis est, vt vera sint omnia, quæ de hoc characterem docent Concilia, & Theologi: & est contentum institutioni huius sacramenti: dicitur enim esse quedam Baptismi perfectio: ergo & characterem eius solum erit quædam perfectio characteris baptismalis: & hoc sufficit, vt dicatur imprimere characterem, sicut dicitur conferre gratiam, solum quia perficit gratiam baptismalem. Hic modus dicendi posset defendi sine errore in fide: veritas autem est, characterem Confirmationis esse qualitatem realiter omnino distinctam à characterem Baptismi, quod inter alios clarius notauit Gabriel dicta d. 7. dub. 4. colligi potest ex Concilio & Doctoribus, qui æquè distinguunt tres characteres, Baptismi, Confirmationis, & Ordinis: sicut ergo characterem Ordinis ab aliis realiter distinguitur, ita & alij inter se. Itæ, quia, si hic characterem in re tantum esset vnus magis intensus, vel perfectus, eadem ratione dici posset, baptismum & Confirmationem non esse duo sacramenta, sed constituere vnum integrum atque perfectum, ad eum modum, quo plures Ordines vnum sacramentum Ordinis

Confirmatio characterem imprimit. Conc. Flor. Conc. Trid. D Thom. Turrecr.

Vtrum characterem Baptismi & Confirmationis distinguantur.

Gabriel.

dinis perficere dicuntur. Tandem, quia non est verisimile, Confirmationem esse tantum intentionem quandam characteris baptismalis: cum ad fines valde diuersos ordinetur, seclusa autem intentione non satis intelligitur reale augmentum per additionem alicuius modi realis in his qualitatibus, vt alius in locis, praesertim i. 2. tractatum est. Ex quo vterius dicendum est, characteres hos esse essentialiter, & in physica specie qualitatis distinctos: tum quia non debent distingui solo numero, cu ipsa sacramenta suo modo specie differant: tumque multiplicatio qualitatum solo numero diuersarum in eodem indiuisibili subiecto, vel ex natura rei repugnet, vel saltem sit valde per accidens & impertinens, multoq; magis ad ornatum animae spectent perfectiones diuersarum rationu. Item quia per hos characteres consignatur homo ad diuersa munera: per baptismalem, vt sit Ecclesiae membrum & capax sacramentorum: per aliud vero, vt sit consignatus miles Christi, ad fidem eius publice profitendam. Addi etiam potest ratio: quia character baptismalis habet modum potentiae passivae: alter vero magis assimilatur actiuae, vt hic D. Tho. significat: quamuis Caietanus hic, art. 5. vtrumque sacramentum partim passiuum, partim actiuum constituitur videatur, quod non admodum spectat ad disputationem de re: quia (vt supra dixi) character non est proprie ac physice potentia, sed dispositio quaedam consignans hominem, & deputans illum ad aliquid agendum, vel recipiendum. Vnde cum tam ea, quae pertinent ad munus & officium hominis tantum baptizati, quam ea, quae sunt hominis Confirmati, & perfecti, partim in actione, partim in receptione consistant, facile potest vtrique characteri ratio potentiae actiuae & passivae accommodari: tamen simpliciter loquendo character baptismi magis dicitur potentia passiva, quam actiua, quia per illum fit homo capax aliorum sacramentorum, quae extra tale subiectum fieri nullo modo possunt, sicut character Ordinis dicitur potentia actiua contraria ratione, character autem Confirmationis, vel non ita accommodate recipit nomen, & metaphoram potentiae, sed tantum est vnum signaculum, vel magis reuocatur ad potentiam actiuam, quia proxime ad actionem ordinatur, & non ad receptionem, nisi in quantum ex actione, id est, ex constantia fidei, & religionis pendet. Vnde, si quis quaerat, quis sit perfectior character, Baptismi vel Confirmationis: Respondetur, rem esse incertam, probabile tamen videri, Confirmationis characterem esse perfectiorem, iuxta ea quae sectione sequente tradentur.

Vltimo ex dicto principio infertur, sacramentum Confirmationis in eodem homine iterari non posse: quod est etiam de fide certum & definitum in eisdem Conciliis, Flor. & Trident. sessio. 7. Canon. 9. de sacramentis in genere, & hoc sensu dixit Concilium Tol. 8. Sanctum Chrisma collatum euelli non posse, id est, indelebilem imprimere characterem, propter quod iterari non potest, vt expressius traditur in ca. dictum est. de Consecratio. dist. 5. ex Concil. Cabilonenf. 2. c. 27. idemq; tradit Greg. 3. in epist. 1. ad Bonifacium, habetur in cap. De homine, de Consecra. d. 5. potestq; iuxta probabilem sanctorum expositionem haec veritas confirmari ex illo ad Hebr. 6. Non rursus iacentes fundamentum Poenitentiae ab operibus mortuis & fidei in Deum Baptismatum doctrinae, impositionis quoq; manuum, quo loco sacramentum Confirmationis significari supra ex Chrysostomo & aliis ostendimus. Vnde de eodem intelligunt Anselmus & alij, quod statim subditur. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati per Baptismum, & participes facti sunt Spiritus sancti, iterum reuocari, &c. Vbi significatur, vtrumq; donum tam Baptismi, quam Confirmationis iterari non posse. Ratio vero est, quia per peccatum non amittitur character, & ideo necessaria sacramenti iteratio, nec propter

se, nec propter effectum. Nam si obex peccati tollatur, effectus sacramenti semper praesto est: tollitur autem obex peccati non per iteratum Confirmationis sacramentum, sed per Poenitentiam. Contra haec autem veritatem obstat difficilis locus Aug. lib. 3. de Bapt. c. 16. vbi sic ait. Manus a. impositio non, sicut Baptismus, repeti non potest, quid est n. aliud, nisi oratio super hominem? Quod aut per manus impositionem sacramentum Confirmationis intelligat, patet ex initio illius c. scilicet. Sp. in sola Catholica Ecclesia per manus impositionem datur: & infra dicit. Nunc non dari sensibilibus miraculis attestantibus S. sanctum per manus impositionem, sicut antea dabatur: Constat autem Spiritum sanctum non dari in Ecclesia, nisi per sacramentum Confirmationis.

Ad hoc testimonium responderi potest, Augustinum sensisse, Confirmationem datam ab Haereticis (de his enim ibi loquitur) non esse ratam, nec verum sacramentum, & ideo iterari posse, & debere in huiusmodi homine, cum ad Ecclesiam conuerteretur: non tamen docet Augustinus sacramentum Confirmationis semel ratum & validum posse in eodem homine iterari, cui expositioni fauere videtur Innoc. Papa. I. epist. 18. c. 3. & habetur in c. Arianos 1. q. 1. vbi dicitur. Haereticos conuersos ad Dominum sub imagine Poenitentiae, ad sancti Spiritus sanctificationem per manus impositionem suscipi: & infra subdit rationem. Quoniam quibus solum baptismum ratum esse permittimus, nec Sp. sanctum eos habere arbitramur. Vbi Gratianus paulo inferius in hoc sensu vtrumq; testimonium interpretari videtur, argumentando potius, quam definiendo, vt ex his constat, quae inferius latius tradit.

Haec vero expositio omnino reicienda est, primum, quia fundatur in doctrina haeretica, & repugnante alijs testimonijs Aug. quae infra disput. 37. sect. vlt. asserimus: deinde, quia ratio August. non in eo fundatur, sed in hoc, quod talis manus impositio non est sacramentum, sic enim ait: Quid est enim aliud, nisi oratio super hominem?

Vnde etiam mihi non videtur probabile, quod quidam aiunt, fortasse ita tunc sensisse Augustinum de hoc sacramento: Nam ratio August. declarat eum sensisse, solum eam manus impositionem repeti posse, quae sacramentum non est: nam hic est sensus illorum verborum. Quid est enim aliud, nisi oratio super hominem? Quamuis oppositum sentiat Petrus Soto, lect. 1. de Confirmatione: nam ibidem distinguit Aug. sacramentum ab operatione, seu fructu sacramenti, & dicit sacramenta posse esse in haereticis valida, non tamen fructuosa, & ideo cum conuertuntur: non repeti in eis sacramentum Baptismi, quod valide acceperunt, sed solum imponi eis manus, quod repeti potest, quia haec tantum est oratio quaedam: Ergo per illam dictionem exclusiuam intendit excludere, quod illa manus impositio sit sacramentum: non ergo ibi docere intendit, sacramentum Confirmationis iterari posse.

Vnde est tertia responsio, ibi non loqui August. de sacramento Confirmationis: ita Vvalden. tom. 2. de sacra. c. 15. & alij moderni: & probatur, quia August. alijs locis euidenter docet, Confirmationem & manus impositionem, prout illam significat, esse verum sacramentum signatum h. 2. c. contra literas Petiliani c. 104. sacramentum Chrismatum in genere visibilibus signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus: sed potest esse & in hominibus pessimis, in alio aut loco negat illa manus impositionem esse sacramentum: ergo loquitur de sacramento Chrismatum. Est ergo aduertendum, multiplicem fuisse manus impositionem, ideoq; vocem hanc esse valde aequiuocam, vt notauit Glossa in ca. Manus impositio. 1. q. 1. quaedam n. dicit pot. curatiua, iuxta illud Mar. vlt. Super aegros manus imponent, & bene habebunt, de qua videtur intelligendum, quod Act. 9. dicitur. Abijt Ananias, & in-

D Thom. Caietanus

Inter characteres praesertim

Confirmatio eodem in homine iterari non potest

Con. Flor. Con. Trid. Con. Toler.

Con. Cabil Gregor. 3.

Petrus ad Hebr. 6. Ch. yfoss.

Anselm

Aug. lib. 3. de Bapt. c. 16.

Aug. lib. 3. de Bapt. c. 16.

Innoc. Papa. I. epist. 18. c. 3.

Aug. lib. 3. de Bapt. c. 16.

Vvalden. tom. 2. de sacra. c. 15.

Glossa in ca. Manus impositio. 1. q. 1.

Act. 9. dicitur.

troinitia domum, & impones ei manus dixit. Saule frater, Dominus misit me Iesus, ut videas, & implearis Spiritu sancto: Constat n. illam manus impositionem non fuisse Confirmationis sacramentum: nondum n. Paul. fuerat baptizatus: fuit ergo tantum curatiua, sicut et illa, de qua dicitur Act. 28. Contigit a. patrem Publii febrib. & dysenteria vexatum iacere, ad quem Paulus intrauit, & cum orasset & imposuisset ei manus, saluauit eum. Secundo est alia manus impositio, quae dici potest, Conferuatiua, seu Ordinatiua, de qua dicitur 1. ad Tim. 4. Noli negligere gratiam, quae est in te per impositionem manuum Presbyterij, & c. 5. Nemini cito manus imposueris, & 2. ad Tim. 1. Admonete te, ut resuscites gratiam, quae est in te per impositionem manuum mearum, & de hac et intelligi potest illud Act. 6. Orantes imponentesque ei manus, &c. est n. ibi sermo de ordinatione septem Diaconorum, & eadem significatio reperitur in Conc. Nicen. can. 9. alias 11. & Conc. Carth. III. c. 2. Tertio est manus impositio, Confirmatiua, quae idem est quod sacramentum Confirmationis: de qua probabile est, sermonem esse ad Hebraeos, & in superioribus multa de hac adducta sunt. Quarto est manus impositio caeremonialis ad Baptismum, de qua late supra dictum est, eamque fieri ad aliquam Catechumeni sanctificationem docet Aug. lib. 2. de peccat. merit. ca. 26. Quinto est manus impositio, quae dici potest Reconciliatiua. De qua Conc. Aure. 1. c. 3. de qua potest etiam intelligi canon citatus ex Conc. Nice. & apertius de illa est sermo in can. 8. eiusdem Con. & in Con. Agathen. c. 15. prout referuntur in ca. In capite d. 50. & Conc. Arel. 2. c. 17. vbi manus impositioni Chrisma coniungitur, vbi videri potest sermonem esse de Confirmatione, quae ita est, & supponitur, illos haereticos Bonosiacos, de quibus ibi sermo est, non fuisse vios Confirmationis sacramento, sed probabilius est, illam fuisse caeremonialem vntionem, nam interdum committitur Presbytero in extrema necessitate, vt patet ex Conc. Aurel. 1. can. 2. & c. 3. sit expressa mentio manus impositionis reconciliatori. Vltimo reperitur interdum quadam manus impositio tantum deprecatoria, qualis videtur illa, de qua est sermo Act. 13. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos, nam Paulus & Barnabas tunc neque fuerunt Confirmati, neque Ordinati Presbyteri, vel Episcopi: ergo non fuit illa manus impositio aliqua ex praedictis: fuit ergo tantum bona quadam imprecatio. Aug. ergo in praedicto testimonio solus loquitur de manus impositione reconciliatiua, quae simul erat deprecatoria, quae ad sacramentum Confirmationis manifeste distinguit Aug. Idem li. 5. de Baptif. cap. 20. & cap. 13. de eadem manus impositione loquens, dicit, Si non adhiberetur ab haereticis, tanquam extra omnem culpam esse iudicatur: & statim declarat, hanc manus impositionem solum fieri in signum Ecclesiasticae vntionis, quae necessaria est ad charitatem recipiendam: de qua etiam loquitur Innocentius citato loco: vterque sermonem habet de modo reconciliandi eos, qui ab haereticis reuertuntur, de quibus est optimum Tharasilij testimonium in 7. syn. act. 1. vbi exponens dictum can. 8. Conc. Nice. dicit heri posse, vt manus impositio non ordinationem, sed benedictionem significet, & plura dicitur sumus disp. 36. Ad argumentum autem sumptum ex principio eiusdem capitis August. aliqui dicunt, Augustinum eo capite equiuoce vti nomine manus impositionis, sed non placet: alioqui ineptus esset & incongruus totus Augustini discursus: dicendum est ergo etiam in principio capitis loqui de manus impositione reconciliatiua, per quam dicit dari Spiritum sanctum, non ad robur, neque eo speciali modo, quo datur in Confirmatione, sed ad viuificandum hominem spiritualiter, qui antea per peccatum vel haereticum mortuus fuerat. Vnde, inquit, Spiritum sanctum dari per hanc manus impositionem, nihil aliud esse, quam quod Apostolus ait, Charitas Dei dif-

fusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: quam charitatem non habent, qui ab Ecclesia communione praecisi sunt. Subdit vero deinde, Spiritum sanctum non dari sensibilibiter in hac manus impositione, sicut olim dabatur. Vbi videtur hanc manus impositionem comparare cum ea quae fiebat Act. 8. & 19. Non tamen propterea sentit, esse eandem, aut equiuocationem committit, sed solum gratia exempli declarat non fieri in vna, quod in altera fiebat. Denique cum inferius ait, aliud esse sacramentum, aliud operationem Spiritus, non loquitur de confirmatione, sed de baptismo. Sic enim ait: Cum sit aliud sacramentum, quod habere etiam Simon Magus potuit, &c. Legimus enim Simonem Magum fuisse baptizatum, non autem confirmatum, aut apostolicas manus ei fuisse impositas, & sic est facilis totus Augustini contextus iuxta praedictam interpretationem, an vero iterantes hoc sacramentum incurrant aliquam penam, dicemus infra in disputatione morali.

SECTIO II.

Quos effectus gratiae sanctificantis conferat hoc sacramentum? 2. Errores.

**D**vo extremi errores possunt hoc loco referri. Prius est, negantium hoc sacramentum dare aliquam gratiae effectum, quod non sentiunt, nisi, vel qui negant, hoc esse verum sacramentum nouae legis, vel qui generaliter negant, sacramenta nouae legis gratiam conferre: contra quos errores nihil nunc disputare oportet, quia id satis in superioribus praestitum est. Posterior haeresis esse potest: Confirmationem per se & ex primaria institutione sua tollere peccatum originale, & consequenter primam gratiam dare. Hunc errorem docuisse dicitur Raimundus, & sumitur ex Directorio Inquis. 2. p. quaest. 9. vbi inter centum articulos Raimundi 89. est: quod infanti, qui non vult assentiri sacramento Confirmationis, non valet sacramentum baptismatis: in quo significat sacramentum baptismatis non habere effectum, donec sacramentum Confirmationis recipiatur. Vnde in 90. art. addit: Quod si homo non est confirmatus, & credit se confirmatum, est mundatus a peccato originali, ratione bonae intentionis, quae consumit culpam & peccatum: significat itaque, vt ibi etiam notat Eymericus, peccatum originale, non in baptismo, sed in Confirmatione tolli. Sed illos articulos damnauit Greg. XI. vt ibi refertur, & latius in quaest. 26. Oriri autem potuit hic error ex eo, quod Patres interdum vocant hoc sacramentum perfectionem baptismi, vt supra visum est, quod ita intelligebatur, baptismum sine Confirmatione nullum habere effectum gratiae, aut remissionis peccati, & ideo esse imperfectum: perfici autem in Confirmatione, quia tunc datur totus effectus: ex qua interpretatione aperte sequitur, vel baptismum non esse sacramentum, vel saltem Baptismum & Confirmationem non esse duo sacramenta, sed ex utroque confici vnum, habens vnum effectum gratiae & remissionem peccati originalis. Est ergo intelligentia erronea, verus autem illius locutionis sensus ex dictis constat: gratia enim, quae in baptismo datur, sufficientissima ad remissionem peccati, & in Confirmatione perficitur ac roboratur ad bene operandum, constanterque credendum & confitendum fidem, & ideo Confirmatione, Baptismi perfectio appellatur.

Dicendum est ergo primo, hoc sacramentum per se & vi sua posse conferre aliquam gratiam sanctificantem, praeter eam, quam confert baptismus. Concludit de fide, quae probanda est, primo ex generali principio, quod omnia sacramenta nouae legis conferunt gratiam sanctificantem, de quo videnda sunt dicta supra circa quaest. 62. Secundo probanda est ex his testimoniis Scripturae & Patrum, quibus supra probatum est, hoc sacramentum esse institutum, vt in eo datur Spiritus sanctus, & in eo impleri promissionem a Christo factam mittendi Spir. S. datur er-

Act. 8 & 19.

Sim Magus.

1. Errores.

Gregor. XI.

Quare dicitur Confirmatio Baptismi imperfectio.

Hoc sacramentum potest per se conferre gratiam aliquam sanctificantem, praeter gratiam baptismi.



go Spiritus sanctus in hoc sacramento, non datur autem sine effectu gratiae sanctificantis. Vnde Concil. Trident. sess. 7. cano. 2. de Confirmatione definit, sacramenta Christi habere virtutem sanctificandi, de qua re videri possunt plura decreta de Consecratione d. 5. a principio. Tertio probanda est ex distinctione inter haec duo sacramenta, Baptismum & Confirmationem: nam, vt Melchisedes Papa dixit, vtrumque est verum & magnum sacramentum, & sicut in essentia & significatione distinguuntur, ita & in gratiae effectu.

Dico secundo. Hoc sacramentum per se non est institutum ad dandam gratiam primam, neque ad tollendum peccatum originale, aut mortale, sed ad augendam & roborandam baptismalem gratiam. Conclusio est eodem modo certa, nam illa sola sacramenta sunt per se instituta ad dandam primam gratiam, quae sunt per se instituta ad tollendum peccatum originale, aut mortale, quia & huiusmodi peccata tolli non possunt, nisi per primam gratiam, & omnis gratia prima est sufficiens ad excludendum illa: est autem certum, solum Baptismum esse institutum ad tollendum originale peccatum, & reliqua, quae cum illo coniuncta fuerunt. Ad tollendum autem alia peccata mortalia, quae post Baptismum committuntur, solum Penitentiae sacramentum institutum est, vt constat ex doctrina Conc. Florent. & Trident. sess. 7. & 14. & partim in superioribus dictum est, & partim dicitur infra, tractando de Penitentiae sacramento: ergo sacramentum Confirmationis, neque ad remissionem peccati, neque ad primam gratiam dandam, est per se institutum, & ideo vnum est ex his, quae dicuntur sacramenta viuorum, nam duo tantum illa, Baptismus & Penitentia, sunt ex institutione sua sacramenta moriuorum. Et hinc probata relinquuntur vltima conclusionis pars: nam hoc sacramentum institutum est ad dandam gratiam ex i. concl. & non primam: ergo secundam, seu (quod idem est) ad augmentum & robur gratiae. Quomodo autem in hoc differat a ceteris sacramentis viuorum, sepe iam indicatum est, & statim etiam dicitur.

Hinc sequitur primo, ad effectum huius sacramenti per se loquendo necessarium esse, vt, qui illud recipit, primam gratiam habeat: Nam ad gratiae augmentum per se requiritur & supponitur prima gratia: quomodo enim augetur, quod non est? Vnde fitur in naturalibus augmentum supponit viues genitum, & retinens seu conseruans vitam, quam per generationem acquisiuit: ita hoc sacramentum, quod est quoddam spirituale augmentum, supponit spirituale generationem & vitam. Quo circa, qui baptizatus est si baptismalem gratiam non amisit, sufficienter dispositus est ad effectum huius sacramenti recipiendum, nec nouam dispositionem ex necessitate requirit, siue paruulus sit, siue adultus, solum in adulto requiritur consensus, non tam per modum dispositionis ad effectum sacramenti, quam per modum intentionis, & voluntatis necessariae ad valorem sacramenti. Ex decentia etiam & congruitate oportet, vt hoc sacramentum cum debita attentione, & deuotione ab adulto suscipiatur: ex necessitate tamen nulla actualis dispositio absoluta requiritur ad hunc effectum: quia satis est habere habitualement dispositionem & non ponere obicem, nam iuxta sanam doctrinam sacramenta dant gratiam non ponentibus obicem. Vnde fit in homine grato, si mortaliter non peccet, validum est: interueniente autem peccato mortali impediri potest, ex obice recipientis, in quo differt hic effectus ab effectu characteris, qui impediri nullo modo potest, si validum est sacramentum, vt in superioribus etiam traditum est. Secundo sequitur ex dictis, eum, qui post Baptismum mortaliter peccauit, per se loquendo, indigere contritione vel attritione cum sacramento Penitentiae, vt digne possit hoc sacramentum recipere & effectum eius. Probat, quia indi-

*Non tam enim est institutum ad dandam primam gratiam, & ad eam augendam & roborandam.*

*Est autem huius sacramenti per se requiritur primam gratiam.*

get prima gratia, vt possit recipere effectum huius sacramenti: sed hanc emittit peccando: ergo oportet, vt prius illam recuperet, quam ad effectum huius sacramenti recipiendum accedat: non potest autem illam recuperare, nisi per sacramentum Penitentiae di-gne susceptum, aut per contritionem in cludentem votum eius. Vnde etiam concluditur, non sufficere solam attritionem habet, suamque imperfectam dispositionem cognoscit, non potest licite ad hoc sacramentum accedere, neque effectum eius recipere per se loquendo, quia cum careat spirituali vita, non est recte dispositus ad augmentum eius recipiendum: caret ergo dispositione per se requisita, & hoc ipsum non ignorat, vt supponitur: male ergo agit hic accedendo, & consequenter ponit obicem effectui sacramenti.

Sed quaerit aliquis primo, an sit etiam necessarium adulto confessionem praemittere, antequam hoc sacramentum suscipiat, quando habet conscientiam peccati mortalis post baptismum commissi. Respondeatur, non esse necessarium: quia nullum est praecipuum speciale quod ad hoc obliget, neque ex generali ratione sacramentorum colligitur, vt supra visum est: ergo maior patet, quia tale praecipuum nec humanum, nec ecclesiasticum, neque diuinum positum, nec scriptum aut traditum est, neque etiam ex sola rei natura colligitur: nam quoad hoc, nulla est maior ratio in hoc sacramento, quam in ceteris. Est tamen optimum consilium confessionem praemittere, propter quod dicitur in Concilio Aureliano, cap. 3. & habetur in capit. Vt ieiunium de consecratione, distinct. 5. adultos admonendos esse, confessionem praemittere, non tamen est simpliciter necessarium, neque illud est praecipuum sed a monitione quaedam: satis ergo erit per contritionem disponi. Quod si quis non valeat, aut, vt verius dicatur, nolit conari ad veram contritionem habendam, tenebitur ad confessionem praemittendam.

Occurrit vero statim secundum dubium. Quid si aliquis existimet se contritum & reuera non sit? Respondetur, si probabilis sit existimatio, & inuincibilis ignorantia, eum excusari a culpa: ideoque probabiliter esse, quod hic D. Thomas docet a. 7. ad 2. cum recipere gratiam per hoc sacramentum, quia per attritionem disponitur ad remissionem peccati actualis, & ad gratiam ex opere operato recipiendum, & per bonam fidem tollitur obex peccati actualis, atque hic applicanda sunt omnia dicta in simili quaest. de sacramentis in genere: nulla enim specialis ratio aut difficultas circa hoc sacramentum occurrit. Significat autem Diuus Thomas in ea solutione, si quis accedat bona fide, solum, quia ex ignorantia non habet conscientiam peccati mortalis, recipere effectum sacramenti, etiam si re ipsa tale peccatum habeat, sed intellegendum est dum modo habeat aliquam sufficientem attritionem: nam sola ignorantia, quantum in inuincibilis, licet sufficiat ad tollendum obicem actualis peccati: non tamen per se est dispositio ad remissionem peccati prius commissi, cum tamen illud remissionem peccati prius commissi, cum tamen illud remissionem peccatoris, vt supra in materia de Bapt. tractum est, & dicitur latius in materia de Penit.

Tertio dubitari solet circa hunc effectum, quantum sit gratia quae per hoc sacramentum datur, & quantum am impossibile omnino est, praecise & absolute a nobis cognosci, aut signari gradus gratiae, qui per hoc sacramentum dantur, tractari solet quaestio compa-ratione, an scilicet hoc sacramentum det maiorem gratiam habitualement, quam baptismus: & est ratio dubitandi, quia gratia baptismalis, cum sit regeneratiua, & perfecte remissiuua omnis culpae, videtur esse maxima: & ita maximis encomiis exaggeratur, & commendatur a sanctis Patribus. Item, quia cum illud sacramentum sit maioris necessitatis, videtur verisimile

maiores gratiam in eo esse à Christo promissam, quam Confirmationis, quæ fortasse solum est voluntarii sacramenti, & ad melius esse, præferim, quia in susceptione Baptismi maius quoddam obsequium, longèq; difficultus homo offerit Deo, quam in Confirmatione: Nam in illa sit prima fidei confessio, & Christianæ religionis suscepio. In contrarium autem est, quia omnes Patres supra citati dicunt, hoc sacramentum conferre perfectionem homini Christiano, qui comparatur post Confirmationem ad se ipsum tantum baptizatum, sicut vir ad puerum: sentiunt ergo maiorem esse perfectionem, quam addit Confirmationis, quam per Baptismum data erat.

Circa hoc aliqui Theologi dicunt, effectum Confirmationis dici perfectionem, qui supponit effectum Baptismi, & addit aliquid aliud: non tamen quia id quod addit præcise comparatum ad id, quod supponit, sit maius. Ita videntur sentire Bonan. in 4. d. 7. art. 2. q. 3. Marii. in 4. q. 5. art. 4. in fi. Sed hoc non videtur satis facere dictis sanctorum: tum quia eodem modo dici posset, quodlibet sacramentum dare maiorem gratiam, quam Baptismum: quia supponit gratiam Baptismalem, & aliquid addit: hinc ergo non posset colligi dignitas, & excellentia huius sacramenti, quod sancti intendunt: tum etiam quia satis clare loquuntur de perfectione, quam per se conferre hoc sacramentum, in quo dari dicitur, Spiritus sancti plenitudinem & robur, ut patet ex Clemente, Urbano, & Cypriano, epist. 27. & singulariter ex Melchiodice epist. Vbi interrogatus, quod sit maius sacramentum, Baptismus, an Confirmatio, absolute videtur Confirmationem præferre dicens, Scitote, verumque magnum esse sacramentum: & sicut vnum à maioribus sit, id est, à Summis Pontificibus, quod à maioribus perfici non potest: ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est: & statim multis verbis exaggerat effectum huius sacramenti: tum deniq; quia iuxta exemplum & proportionem adductam, vir non solum excedit magnitudine puerum, quia eius quantitatem includit, & aliquid aliud addit: sed et quia si præcise comparantur, maior est quantitas, quæ viro additur per augmentum, quam data fuerit per generationem. Et Apostolis maior gratia videtur fuisse data in die Pentecostes, quam antea per Baptismum: ita ergo fieri in hoc sacramento significat D. Th. infra ar. 11. ad 5. dicens, esse potius effectum huius sacramenti, in quo datur septiformis gratia S. sancti cum omni plenitudine sanctitatis, scientiæ, & virtutis: ex Rabano lib. 2. de instit. Cleric. c. 30. quem etiam refert, atq; eodem modo exponit, & sequitur Magister in 4. d. 7. Vnde superius q. 65. art. 3. via perfectionis dicit sacramentum Confirmationis superare Baptismum: Idem in 4. d. 7. q. 1. art. 1. quæstiunc. 3. & ibi Soto a. 7. & d. 6. q. 1. ar. 6. estque hæc opinio satis probabilis, quamuis incerta.

Vltimo dicendum est, conferre hoc sacramentum propriam gratiam sacramentalem, id est, specialem Spiritus sancti protectionem & auxilium ad fidem viuam constantem tenendam & profitendam. Ita docent cum D. Thoma, omnes Theologi, & colligitur ex omnibus supra adductis ad explicandam rationem institutionis huius sacramenti: necesse est enim vnumquodque speciale sacramentum ad proprium finem ordinari, & gratiam specialem tali fini accomodatam conferre, quæ in hoc sacramento non potest esse alia, vel excogitari.

Potest autem de hoc effectu quæri, quando detur quamve dispositionem requirat, aut quomodo possit impediri. Ad quod breuiter respondetur in ipsa susceptione sacramenti dari hunc effectum quasi in radice, vel (vt sic dicam) dari ius ad huiusmodi auxilium: et tamen ipsa dari temporibus opportunis, iuxta diuinæ sapientiæ dispositionem consentaneam fini huius sacramenti. Vt autem tunc infallibiliter detur, necesse est, hominem non apponere obicem

peccati: sicut in ipsa susceptione sacramenti necessarium hoc fuit ad gratiam ipsam, quæ est veluti fundamentum huius protectionis & auxilij diuini: quia si homo ponat obicem peccati mortalis, sit indigne hoc auxilio, & ineptus, vel indispotus ad finem huius sacramenti: quia, & fides mortua in iura valde est, & homo in eo statu existens caret habitatore Sp. sancto. Statim vero occurrebat quæstio, an si homo possit obicem huic effectui per peccatum, & postea tollat obicem, restituatur effectus, siue obex positus fuerit in ipsa susceptione sacramenti, siue postea in vitæ discursu: sed de hac re satis disputatum est supra in materia de baptismo: vbi affirmantem partem elegimus: neque hic occurrit aliquid addendum.

Effectus huius sacramenti non potest esse in peccato, sed in virtute discursu: sed de hac re satis disputatum est supra in materia de baptismo: vbi affirmantem partem elegimus: neque hic occurrit aliquid addendum.

ARTICVLVS VIII.

Verum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum?

1. Doct autem sic proceditur. Videtur, quod hoc sacramentum non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramentum ad quandam excellentiam datur, vt dictum est. Sed id quod ad excellentiam pertinet non competit omnibus dari. Ergo hoc sacramentum debet omnibus dari.

4. d. 7. q. 3. a. 2. q. 2. Et d. 15. q. 2. q. 2. cor.

2. Præterea, per hoc sacramentum augetur aliquis spiritualiter in perfectam ætatem. Sed perfecta ætas repugnat aetati puerili. Ergo ad minus pueris dari non debet.

Art. 2. hu. g. ad 2. Et a. 4.

3. Præterea, sicut Melchiodice Papa dicit, post baptismum confirmamur ad pugnam. Sed pugnare non competit multis, propter fragilitatem sexus: ergo nec mulieribus hoc sacramentum dari debet.

In epist. ad Hesp. Epist. dicitur illi u. 10. Concilii

4. Præterea, Melchiodice Papa dicit, quod quamuis continuo transitur sufficienti regenerationis beneficia, viciis proximè circumstantibus auxiliata necessaria sunt: quia Confirmatio armat & instruit ad agones mundi huius, & prælia referuandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. Ergo statim moriturus non debet hoc sacramentum conferri: & sic non debet omnibus dari.

Loco nunc iato & habetur de test. d. 4. c. Spiritus sancti

Sed contra est, quod dicitur Actuum 2. quod Spiritus sanctus adueniens repleuit rotam domum (per quam significatur Ecclesia) & postea subditur: Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. Sed ad illam plenitudinem consequendam hoc sacramentum datur. Ergo est omnibus, qui sunt in Ecclesia, exhibendum.

Art. 1. hu. g. in q.

Respondendo dicendum, quod (sicut dictum est) per hoc sacramentum promouetur homo spiritualiter in ætatem perfectam. Hoc autem est de intentione nature, vt omnis, qui corporaliter nascitur, ad perfectam ætatem perueniat: sed hoc quandoque impeditur propter corruptibilitatem corporis, quod morte præuenitur. Multo autem magis de intentione Dei omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat: vnde & Deuter. ononij 32. dicitur, Dei perfecta sunt opera. Anima autem, ad quam pertinet & spiritualis naturitas, & spiritualis ætas perfectio, immortalis est, & potest sicut tempore senectutis spirituales naturitates consequi, ita tempore iuuentutis, vel pueritiæ consequi perfectam ætatem, quia huiusmodi corporales ætates, animo non præiudicant. Et ideo hoc sacramentum debet omnibus exhiberi.

Art. 1. hu. g. in q.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam, non quidem vnius hominis ad alium (sicut sacramentum Ordinis) sed hominis ad seipsum, sicut idem perfectus vix existens habet excellentiam ad seipsum.

Art. 1. hu. g. in q.

Ad secundum dicendum, quod (sicut dictum est) ætas corporalis non præiudicat animæ. Vnde etiam in puerili ætate potest quis consequi perfectionem spirituales ætates, de qua dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna neque numero annorum computata. Et inde est, quod multi in puerili ætate, Inter primis propter robur Spiritus sancti præceptum, vsque ad sanguinem fortiter certauerint pro Christo.

In corp. art. Et dicitur Inter primis, & habetur hæc hom. 10. 1.

Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit in hom. de in fine illius.

Quid quidam dicitur...  
Eius...  
Clemens...  
Cyprianus...  
Melchiodice...  
D. Th...  
Magister...  
Eius...  
Quomodo...  
Sap. 4...